Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35138
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Curator

instantis vel futuri piculi mentis trepidatio, vt dicitur in eadem.l. Vis siue coactio vel violentia p eodem accipio: alia leuis alia violenta Leuis non excludit consensum matrimonialē sed violenta excludit.ar.li.dist.pbyteros.extra de spon.c.veniens Violenta coactio est cum aliqs capit trahitur inuitus ducitur vel ligatur. Itē metus alius cadit in cōstantem virū alius non Ille qui cadit in constantem virum excludit cōsensum matrimonialem:ff.q metus causa.l. metus.extra eo:ti.c.i.z. iij.z.c. ad audientiā:extra de spon.c. veniēs Quid autem sit metus qui cadit in constantem virum. Dicendum q metus mortis cruciatus corporis seruitus z stupri.z de hoc sunt versus Excusare metus bos pose puta quia nescis Stupri siue seruitus verberum atqs necis Notandum autem q vnus metus cadere posset in vnam psonam qui non caderet in aliaz. sicut talis metus posset cadere in me qui nō caderet in regem. quia nō est verisile homines clare dignitatis propter metuz in vrbe timuisse. vel quia q rex p metuz scilicet militis timeret ff.q metus causa.l.non est verisimile Veruntamē si per apertissimas probationes constaret de metu repellitur presumptio que contra eum est.vt dicitur ibidem. Et sic iudex fm statum et diuersitatez personarū.temporum et locorum iudicabit qualis sit metus vel violentia.z fm hoc iudicabit p matrimonio vel contra ipm

Notandum tamen q qualiscūqs sit metus vel violentia si steterit mulier p annum cum dimidio cuz viro non debet postea audirisi alleget metum vel violentiam.extra de spon.ad id quod p tuas. de illis qui matrimo.accu.poss.c.insuper adiecisti.de eo qui duxi in matrimo.quam pollut per adulterium.ca.significauit

De impedimento ordinum

Ordinum vt dictum est supra quidaz sunt minores ordi sicut ostiariatus. lectoratus. exorcistatus. acccolitatus Et isti non impediunt matrimonium contrahendum.nec dirimunt iam contractum. Alij autez sunt ordines maiores. scilicet subdyaconatus.dyaconatus.et presbiteratus. z isti ordines maiores impediunt matrimonium contrahendum et dirimunt etiaz iam cōtractum: quia in istis maioribus ordinibus votum solenne continētie est annexum.extra de vo. z vo. redēp.c.q votum.li.vi.

De impedimento ligaminis